



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio prima. Vtrum sit in omnibus rebus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. I. Distinctio. XXXVII.

est praesens rebus immundis sua præstantialitas maculetur, sicut nec spiritus macularius ad corpus leporum ex vno: ne ipsius ad ipsum, nec sol quanvis suis radiis contingat loca immunda. Et haec est sententia, &c.

Q Y A E S T I O P R I M A .  
Vtrum Deus sit in omnibus rebus.

Tho. I. p. q. 8. art.

**C**irca distinctionem ita quæritur de duobus. Primum est, utrum Deus sit in omnibus rebus. Et arguitur quod non quia inter causas illas sunt intrinsecæ, que sunt partes rem confitentes, & haec sunt materia & forma, finis enim & agens dicuntur causæ extrinsecæ. Sed Deus non se habet ad creaturas, vt materia vel forma, sed solum ut finis vel agens, ergo Deus non est in rebus, sed potius extra res.

2 Item agens solū in rem præsentem videtur esse limitata virtus, sicut agere aliquo supposito, sed Deus non est limitata virtus, ergo non solū agit in præsens, sed in distantia, & ita non est in omnibus, sed distans à quibusdā.

3 IN C O N T R A R I V I L est quod dicitur lo. 22, cœlum & terram ego impleo, id pater per Augu. Hilar. Ambrosium, & Gregorium in litera.

4 R E S P O N S I O . Duo videnda sunt. Primum est, utrum Deus sit in omnibus rebus. Secundum est de modo essendi in eis.

5 Q V A N T V M ad primum quod Deus sit in omnibus rebus probatur sic, causa singularis & immediata & actu operans simul est, vel non est cum suo effectu, & hoc habetur. 2. Physic. sed Deus est causa singularis, per oppositum ad uniuersalē per prædicationē, & immediata respectu omnium & actu operans quādū res est, ergo simul est cum qualibet re existente, minor probatur quantū ad duas eius partes (scilicet) quod Deus sit causa immediata omnium, & quod sit actu operans quādū res est, quod enim sit causa singularis exponendū singulare modo quo dictum est non oportet probare. Quantum ergo ad primum, scilicet quod Deus sit causa immediata omnium patet sic, duplex est causa, quādam est efficiens & non conferuans, vt dominicator respectu domus, quādam est efficiens, & conferuans vt sol respectu luminis in aere, & secundū duas actiones, scilicet productio, & conferuatio, quanvis ergo Deus non sit immediata causa omnium quantum ad productionem, est tamen immediata causa omnium quantum ad conseruationem, secundū etiā hanc actionem semper est actu operans, quādū res est, secundū illud Ioan. 5, pater natus vñqmodo operatus & ego operor, aliter enim res cederet in nihilum nisi manu omnipotens teneretur, & sic patet minor. Sequitur ergo conclusio, scilicet quod Deus sit simul cum omnibus rebus quādū.

6 Sed contra hanc rationem instatur primō, quia etiā concedatur, nō videtur tamen probare conclusionē. Quārimus enim utrum Deus sit in omnibus rebus, ratio autē solum probat quod Deus & creatura sunt simili quod si intelligatur de similitate durationis, vt videtur esse int̄erio Arit. (scilicet quod vno posito aliud ponatur) non propter hoc sequitur quod vnum sit in alio, alioquin cum Parvus & Roma sint simili duratione sequeretur quod Parvus esset in Roma, vel conuerso, quod nō est verum, si verē intelligatur de similitate loci adhuc nō sequitur quod vnum sit in alio, quia agens corporeum & suum producunt non sunt simili, nisi quia sunt cōtracta. Per hoc autem vnum non est in alio, sed iuxta aliud. Et iterum istud non habet locum in agere incorporeo, quia non potest esse contactum alteri, quare &c.

7 Secundō quod non videtur verum illud quod assūmitur (scilicet quod Deus sit immediata causa conseruationis cuiuslibet rei) constat enim quod lumen non conseruatur a deo in aere, nisi mediante sole, & sic est in com pluribus aliis, ergo saltem in istis non concludit ratio quod Deus sit in illis.

8 Et dicendum ad primum, quod quando dicimus deum esse in rebus, non intelligimus eum esse in eis ut partem intrinsecam, vel intrinsecus rem penetrantem, vt magis infra patebit, sed intelligimus eum esse præsentē rei, non solum secundum durationem, quia est quando res sunt,

Q U E S T I O I .

nec secundum contactum corporalem, quum non sit corpus, nec virtus in corpore, sed secundum ordinem, qui in spiritibus tenet locum situs in corporibus, in hoc tamen excellit ordo in spiritibus situm in corporibus, quia per situm se habet vnum corpus ad aliud immediatē quo ad sui extremum, sed per ordinē se habet spiritus ad corpus immediatē secundum quodlibet sui (salm̄ nō est hoc dum de spiritu increato, scilicet Deo, quicquid sit de aliis) proper quod potest dici esse non solum iuxta res, sed in rebus.

9 Ad aliud dicendum quod dato quod Deus nō est immediata causa conseruationis omnium quæcumque sunt in rebus, tamen adhuc habetur propositum. Primo quia etiā non conseruat immediatē omnē rem, vel omne quod est in rebus, potest tamen si vult abſeḡ sum mutatione immediatē conseruare, operatio autē conseruandi non facit præsentiam, sed arguit eam à posteriori tanquam presuppositum. Secundo quia in omni re subsidente est aliquid quod immediatē a Deo cōseruatur, incorporalia quidem secundū se tota a Deo conseruantur corporalia vero quo ad materiam, & illa quum sit in tota re, & nihil sit rei cui non sit præsens materia, utpote que omnibus subest, ratione Deus est ei præsens immediatē ea ratione est præsens omnibus que sunt in re, licet nō conseruat ea immediatē, conseruat enim materialia que est indistincta à qua libet rei, sic ergo pater primum.

10 Q V A N T V M ad secundū, scilicet de modo essendi in rebus, advertendum est quod triplex est modus in genere quo deus dicitur esse in rebus, vñus generalis, & duo speciales, generalis modus est, quo Deus dicitur esse in rebus per essentiam, præsentia, & potentiam, qualiter autē sit in omnibus per potentiam, & per præsentia satis clarē & concorditer ponitur, quia quum deus sit in rebus, quia est causa rerum, sicut econtraria res dicuntur esse in Deo, quia sunt creatae ab eo (vt prius dictū fuit) secundū duas conditiones causalitatis diuinae dicitur Deus esse in rebus duobus modis, res enim producuntur & conseruantur a Deo per intellectum, & liberē, dicitur ergo Deus esse in rebus per præsentiam ratione sue intellectualitatis, sicut illa dicuntur sibi præsentia, quorum vñus est in prospectu alterius, sed dicitur in eis esse per potentiam sua libertatis secundum quam potest prout vult eas cōseruare, vel annihilare, qualiter autem sit in rebus per essentiam non sic concorditer ponitur.

11 Quidam enim dicunt de existentia Dei in rebus proportionabiliter his que dicta sunt de existentia rerum in deo, & hoc sic, quia sicut res considerata secundū esse propri generis non dicitur esse in diuina essentia, sed solum in Dei essentia, vel potentia, quia ipsa sic considerata non est idem quod deus, sed se habet solum in ratione obiecti terminantis operationem diuinam (vt declaratū fuit supra) considerata autem secundum esse virtuale sue cause quod est aliqualiter esse causati dicitur esse in dei essentia eo quod est idem cum ea, dicitur Antelmo, quod creatura in deo est creatrix essentia, sic ex ista parte deus potest considerari dupliciter. Vno modo secundum fuit esse in se, & sic nō est in aliquo re per essentiam, sed potius dicitur esse supra res, quia in excellentiā natura superreditur omnem rem, sicut & natura creata simili modo considerata non est in essentiā diuina, sed sub ea. Alio modo potest Deus considerari secundum esse quod non est ipsius formaliter, sed causaliter, & hoc est esse formale creature, & sic Deus est in rebus per essentiam, nō quod essentia diuina secundum se sit in re, sed quia essentia quae est rei formaliter, est essentia Dei causaliter, vt sicut ex alia parte dicitur quod creatura in Deo est creatrix essentia, sic deus in creatura non est aliud quam creatura.

12 Sed si bene volumus considerare, nec illud quod cōmuniter dicitur de existentia Dei in rebus per præsentia, & potentiam, nec illud quod nunc specialiter dictum est de existentia eius in rebus per essentiam est sufficienter dictum. Primum pater, quia Deus per suam intellectualitatem æqualiter habet in prospectu res dum sunt, & antequam sunt, similiter per suam libertatem & qualiter potest rem producere vel non producere antequam sit sicut iam existente potest conseruare vel non conseruare, si ergo Deus dicitur esse in rebus per præsentiam, & potentiam

N 4 12

### Magistri Durandi de

ratione sua intellectualitatis & libertatis modo quo expositum est. Sequitur quod Deus secundum hos modos & qualiter erit rebus non omnibus existentibus sicut in iam existentibus, quod non dicimus. Secundum autem non sufficit, quia ut probatum est in primo articulo, Deus est in rebus non solum secundum effectum suum, sed secundum realē exhibitionē & presentiālē essentiā suę, & ideo oportet plus dicere quam alii dicant.

13. Propter quod alter dicitur & melius, quod quin existentia Dei in rebus requirat existentiam rerum, in eo enim quod non est nihil esse potest, res autem non existant, nisi per actualē operationē Dei creantur, & conseruantur res, ideo secundū tria quae cōcurrunt ex parte Dei ad productionē, vel cōservationē Dei sumūtū illi tres modi. Illa autem tria sunt operatio, vel actio, virtus a qua est actio, & essentia in qua est virtus, quia ergo actio creationis facit rem existere, actio autē conseruationis existentiam rei continuat. Existentia autem rei facit rem. Deo p̄sente, & Deum rebus, Deus enim non efficitur p̄fens rei, nisi quia res efficitur p̄fens eis, ideo ratio actio nis producentis & conseruantur res in eis, Deus dicitur esse in rebus per presentiam. Et quia haec presentia non est solum secundum cognitionē ut alii ponunt, sed secundum realē exhibitionē, nam sicut figura sigilli non fit nec conservatur in aqua, nisi ad realē coexistētiam sigilli, sic nulla res conservatur in eis, nisi ad realē coexistētiam Dei, ideo dicitur Deus esse in rebus per essentiā propter realē coexistētiam diuinę essentię cum rebus, viterius quia ab essentiā non egreditur actio nisi mediate potentia dicitur Deus esse in rebus per potentiam. Et hi sunt modi generales quibus Deus est in omnibus rebus consideratis, scilicet secundum suum esse naturale. Alii autem modi sumuntur secundum esse spirituale quod est esse gratiae, per quam regeneramur ad spiritualem vitam, in quo est duo considerare scilicet personam reparantem nos (scilicet Christum) qui per assumptam humanitatem tanquam per instrumentum non necessitatibus, sed cōgruitatis reparauit nos, & sic Deus dicitur esse in humanitate aſſumpta per gratiam vnionis, vel possumus considerare hominem reparatum in quantum huiusmodi, & sic dicitur esse in homine per gratiam adoptionis, & secundum primum modum, scilicet per gratiam vnionis, confortat quod Deus nouo reali modo est in creatura assumpta, & non solum effectus eius, qualiter autem sit nouo modo in creatura secundum alium modum ipse Deus, & non solum eius effectus dictum fuit supra distin<sup>14.</sup>

14. AD primum argumentum dicendum quod Deus non dicitur esse in rebus per modū partis intrinsecē rem componentis imo est extra res, sed dicitur esse in eis per immediatam presentiam quam habet ad quamlibet rem, non solum secundum extrellum rei ut sit per cōtactū, sed secundum quolibet rei, quam presentiam facit ordo non situs, ut dictum fuit.

15. Ad aliud dicendum quod facere rem presentem esse que prius omnino non fuit, vel conservare iam factam, non arguit imperfectionem, vel limitationem potentiae, Sed potius perfectionem dum absq; eius presentia cetera nec esse nec permanere possunt, secus autem est agere alio quod supposito, quia istud arguit quod virtus carnis non extēdit ad omnia, ex quo necessario aliquid supponit & istud est imperfectionis, ideo non est simile.

### Q V E S T I O S E C V N D A .

Vtrum Deus sit vbique.

Tho. i. q. 8. art. 2.

Secundū queritur vtrum Deus sit vbique. Et arguitur quod non, quia siccē habent permanentia ad locum sicut successiva ad tempus, sed in successu vnum indissimile non potest esse in diuersis temporibus simul, ergo nec indissimile permanens (vt Deus) potest simul esse in diuersis locis, non est ergo vbique.

2. IN CONTRARIUM est quia Deus est in omnibus rebus, sed quilibet locus est aliqua res ergo Deus est in omnī loco.

3. R E S P O N S I O . Locus potest considerari duplūciter, uno modo prout est quādam res creata & sic Deus

### Sancto Porciano

est in omnibus locis sicut dictū est eum esse in omnibus rebus. Alio modo potest considerari secundū quod est contentius locati. Et si dicendū est quod deus secundū se nūquam est, & secundū effectus suos est vbique, secundū se nūquam est, quia nūlo continetur, sed potius omnia conuenit, & conseruat, secundū autem effectus suos est vbique, quia omnem locum replet effectus suis, & secundū hunc modum proprium Dei est esse vbique, nihil enim replet omnem locum bonitatis, & effectus suis nisi Deus.

4. Iuxta quod est notandum quod Magister in litera distinguuit triplicem modum essendi in loco (scilicet) circumscrip̄tiū, & hic modus cōuenit solis corporibus, quae secundū sui vitium cōmenstrantur vtrum continētis quod est locus ea circumscribens. Item aliquid est in loco diffinitū & hic modus ut dicunt quidam conuenit substantiis spiritualibus creatis de quo statim inquiretur postea.

5. Et neuter istorum modorū essendi in loco, vel vbique Deo cōuenit. Cuius ratio est, quia primus modus arguit in eo quod dicitur esse in loco limitationem quantitatis corporeę. Secundus verò modus arguit limitationem esse essentię & virtutis secundū illos qui hunc modum ponit. Vtrumq; autem istorum Deo repugnat. Item secundum nullum istorum modorū potest aliquid esse in pluribus locis simul & multo minus vbique, impedit hoc limitatione rei secundum quantitatem molis vel virtutis, ut dicunt qui ponunt spiritum loco diffinitū.

6. Tertius modus essendi in loco scilicet repletus conuenit Deo, non secundum se, sed secundum suos effectus (vt dictum est) & sic est proprium Dei esse vbique, quia sola virtus diuina le extendet ad producendum omnes res existentes, vel possibilēs esse in loco, & hoc (scilicet) replete locum suis effectibus, & sic esse vbique conuenit ei non ab aeterno, sed ex tempore sicut & producere res quibus omni locus repletur.

7. A D A R G V M E N T U M primum dicendum quod sicut est aliquid indissimile quod est aliquid successivum ut nunc vel mutatum esse, & istud non potest esse in pluribus partibus temporis, vel motus, aliud verò est quod non est de genere successiōrum ut aeternitas vel aeternum & istud potest coexistere toti successioni motus aut temporis; Sic est quoddam indissimile quod est aliquid quantitatis ut punctus. Et istud non potest esse in pluribus partibus magnitudinis, vel in pluribus locis. Aliud est indissimile quod est totaliter extra naturam quanti corporalis (vt Deus) & de tali indissimili nihil prohibet quin sit praesens omnibus locis, & omnibus rebus.

Sententia huius literæ in generali.

C Vmē diuina natura. Hac est secunda pars principiis distinctionis predicē, vbi excludit a Deo ea quae consequuntur creaturam in loco existentem, scilicet localitatem & motum. Et diuiditur in tres partes. Primo proponit quod intendit. Secundo offendit qualis imperfectione inuenitur in creaturis existentibus in loco ibi, omnē ergo corpus. Tertio concludit imperfectionem deum non habere, ibi, fatemur itaque.

2. I N S P E C I A L I sic procedit. Primo ponit quod diuina natura sic est in omni loco quod non circumscribitur vel diffinitū loco, vel aliquo modo, deinde ostendit quod hanc duplex imperfectiō inuenitur in creatura, creatura enim corporalis loco diffinitur & circumscribitur, spiritualis autem solum diffinitur. Item corporalis creatura per tempus & locum mouetur, spiritualis autem per tempus solum. Mutari autem per tempus est per affectiones temporis subiacentes mutari. Potest inquiri vtrum mutari per locum spiritui cōueniat, & determinat quod transire de loco ad locum, itaque diffinitur & non circumscribatur sic conuenit spiritibus, sed transire de loco ad locum circumscrip̄tiū eis non cōuenit. Deinde offendit quod esse locale & circumscrip̄ibile, & diffinitibile deo non conuenit, addit, quod Deus sine sui mutatione de novo incipit, & definit esse in creatura. Ultimō determinata recapitulat, ut patet in litera. Hac est, &c.

Q V E S T I O